

**Bryn Mawr College
Scholarship, Research, and Creative Work at Bryn Mawr
College**

Hermann Sauppe Library

Bryn Mawr College Publications, Special
Collections, Digitized Books

1800

Disputatio critica de loco Symposii Platonis cap.
VII, v. 5. 6.: Examini in Lyceo Gubenensi d. XXX.
Octbr. CDDCCC

Heinrich Ludwig Hartmann

[Let us know how access to this document benefits you.](#)

Follow this and additional works at: <http://repository.brynmawr.edu/digitizedbooks>



Part of the [Classics Commons](#)

Custom Citation

Hartmann, Heinrich L. 1800. *Disputatio critica de loco Symposii Platonis cap. VII, v. 5. 6.* Gubena: Brückner.

This paper is posted at Scholarship, Research, and Creative Work at Bryn Mawr College. <http://repository.brynmawr.edu/digitizedbooks/2>

For more information, please contact repository@brynmawr.edu.

760
888. P5
✓ Hart 4

1378

DISPUTATIO CRITICA

de

loco Symposii Platonis cap. VII, § 5. 6.

Examin'i

in Lyceo Gubenensi

d. XXX. Octbr. CCCLCCCC.

hora nona

habendo

prae missa

a b

M. Henrico Ludouico Hartmanno

Correctore.

Gubenae

ex officina Brückneriana.

DISPUTATIO CIRITICA

1

江蘇通志

— 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 —

BOSTON RECORD



Q. B. V.

Quanquam et viris doctis plurimis, et mihi ipsi, venustates Symposii Platonis semper visae sunt eximiae; quanquam inter omnes Platonis lectores conuenit, illum dialogum elaboratissimis atque politissimis philosophi scriptis annumerandum esse: tamen nullo modo negari potest, laudes illas non ad quamvis libelli particulam, ad quemvis locum pertinere, sed potius concedi debet, inesse etiam locos, ingenio Platonis vel plane non, vel non satis, dignos. Viri docti, qui vel Symposium ediderunt, I. vel animaduersionibus separatim vulgatis illustrauerunt,

* 2

runt.

I. V. c. Cel. Wolf, passim in sua editione.

35016

runt, 2. vel denique, occasione oblata, hunc vel illum locum attigerunt, 3. plures locos vitiosos notauerunt, sed nescio, an nulla libelli pars vitiositate magis deturpetur, quam locus orationis Phaedri, quem vberius tractandum legi. 4. Quum omnis hic locus, cuius prior pars iam Valkenario, 5. et post eum Wolfio 6. et Morgensternio 7. glossema grammatici cuiusdam esse videbatur, variis vitiis ex mea sententia labore, omnisque ejus natura ab ingenio Platonis aliena sit, nunc animus est copiosius docere, *totum hunc locum a Platone non profectum, atque adeo plane ex ordine eiiciendum esse 8.*

Quum Bastius paragraphi quintae, quae viris doctis nominatis necum suspecta videtur, defensionem suscepit 9.,
ante

2. E. g. Jll. Schütz. in Lectt. Platon., quas non ipse vidi, sed tantum ex aliorum scriptis noui. Cl. Bast. kritisch. Versuch über d. Text des platon. Gastmahls. Cl. Morgenstern. über des Hrn. Graf. Fr. Leop. zu Stolberg Uebersetzung auserlesn. Gespräche Platons.
3. Valken in Eurip. rell. p. 13.
4. Sympos. Pl. cap. vii., 5. 6.
5. Valken. lib. 1. ibid.
6. Vid. eius not. ad Symp. Pl. c. vii., 5.
7. In libello supra laud. p. 25.
8. Vt omnis disputatio magis perspicua reddatur, paragraphum V. una cum sexta, de qua infra agetur, apponam: §. 5. „Αἰσχύλος δὲ φλυαρεῖ, φύσκων Ἀχιλλέα Πατρόκλον ἐψάν, ὃς ἦν καλλίστης μένος Πατρόκλος, ἀλλ' ἄρα καὶ τῶν ηγώων ἐπάντας, καὶ ἔτι αὐγενεῖος ἐπειτα νεώτερος πολὺ, ὡς Φοῖον Ὁμηρος. §. 6. ἀλλὰ γάρ τῷ ὅντι μάλιστα μὲν ταῖτην τὴν ἀρετὴν οἱ θεοὶ τιμῶσι τὴν πεζὴν τὸν ἐρωτα. μάλιστα μάντοι θαυμάζονται καὶ ἄγανται καὶ εἰς ποιέσσιν, ὅταν ἐξαρπάστος τον ἐξαστην ἀγαπᾶν, ἢ ὅταν ἐξαστην τὰ παιδικά. Θεότερον γάρ ταῦτης παιδικῶν ἕνθεος γάρ εἰ. διὸ ταῦτα καὶ τον Ἀχιλλέα τῆς Ἀλκηνίσιδος (sic in editionibus) μάλιστα ἐτιμοστα, εἰς μακέρων μῆρας ἀποτεμνήσατες.“
9. In kritisch. Versuch etc. p. 18. ss.

ante omnia opus est, vt argumentorum illius viri docti rationem habeamus, atque grauitatem eorum expendamus. Et primum quidem argumentum, quo locus a Bastio Platoni vindicatur, petitum est ex ipsa loci natura, ita vt partim *stylus orationis Platone dignus*, partim *sensus loci consilio Phaedri, verba facientis, accommodatus esse dicatur* 10.

Quod ad orationem attinet, non quidem contendi potest, inesse paragrapho quintae, quae Platonis vsui loquendi repugnant, sed inde tamen nondum concludi potest, Platonem necessario agnoscendum esse auctorem. Nam partim hic locus paucis constat verbis, quae omni structurae difficultate carent, et facile linguae legibus accommodari poterant, partim grammatico, qui cum Platonis dicendi ratione familiaritatem contr-

* 3

xisset,

10. Verba Bastii hue pertinentia (l. l. p. 19.) haec sunt: „Die Sprache ist platonisch und der Inhalt dem Zweck des Redners angemessen. Phaedrus stellt die Behauptung auf, (vbi tandem? num paragrapho vi. et ipsa suspecta?) dass die guten Gesinnungen des Geliebten für den Liebhaber am ausgezeichnetsten belohnt würden. Er folgert dieselbe aus der Ehre, welche dem Achilles wiederfuhr, den er nach einer Aeusserung Homers zum Geliebten des Patroklos macht. War Achilles nicht der Geliebte, sondern der Liebhaber des Patroklos, so fehlte es der Behauptung des Redners an einem Beweise; der Tadel des Aeschylus kann daher um so weniger befremden, da er einem Einwurfe zuvoikommt, welchen die Anwesenden aus der Vorstellung dieses Dichters hernehmen konnten. Ueber Mangel an Zusammenhang der Sätze darf man keine Beschwerde führen. „Die Götter belohnten den Achilles, weil er seinen Liebhaber hochschräzte. (De his et antecedentibus in disputatione ipsa paulo inferius plura dicentur) Wenn Aeschylus aber behauptet, Achilles habe den Patroklos geliebt, so sagt er etwas Widersinniges. Denn Achilles übertraf an Schönheit nicht nur den Patroklos, sondern alle Helden, und hatte keinen Bart: ausserdem war er nach Homers Versicherung viel jünger. Indessen diesen Heldenmuth in der Liebe belohnen die Götter in der That am vorzüglichsten u. s. w.

xisset, eius modi locus facile tribui potest. Accedit, quod Plato ipse fortasse ordinem verborum: Ἀισχίνος φη., φάσκων — ἵστη, qui nimis anxie lectus videtur, paululum immutasset, ita ut φάσκων verbum ἵστη sequeretur. 11. Sed si etiam ex illo verborum ordine nihil colligi possit, quod Platonem loci non esse auctorem arguat, tamen, ut iam dixi, ex paucis illis verbis, usui loquendi Platonis accommodatis, nihil sequitur, quod Bastii sententiam confirmare possit. — Deinde Bastius sententiam suam ita firmat, ut *verba §. v. consilio Phaedri dicentis accommodata esse* dicat 12. Quae quidem ratio haud dubie vi atque pondere non careret, si illud, quod Bastius Phaedri dicit consilium, etiam reuera sumi posset. At perlechis & ponderatis iis, quiae praecedunt, nemo nec arbitrari potest, Phaedrum paragrapho iv. docere voluisse, Achillem hanc in primis ob caussam a diis ornatum esse, quod *amusius* Patroclum amatorem tanto-pere amauerit, ut mortem praematuram longae vitae praeficeret; nec etiam putare, Phaedro paragrapho quarta occasionem suppeditatam fuisse, istam Aeschyli opinionem refutandi, qui statuerit, Achillem non amasium, sed amatorem Patrocli fuisse. 13. Paragraphus sexta, ex qua Bastius illud Phaedri consilium conjectisse videtur, nos plane mouere non potest, quum partim omnino in sensu et nexu singulorum locorum inuestigando non tam ad sequentia, quam ad praecedentia respici debeat, partim quum, ut infra videbimus, illa ipsa paragraphus vi. grammatico cuidam originem debere videatur. Iam anteceden-

denti-

11. Conf. Symp. xviii, 5.

12. Vid supra not. 10.

13. Valk. l. l. putat, Aeschylium hanc sententiam proposuisse in tragœdia, cui titulus, *Megistidores*, erat. v. immortalis Fischer. ad c. vii, 5.

dentium, ut res ipsa postulat, ratione habita, appareat, a Phaedro Orpheum atque Achillem inuicem comparari, ita ut Orpheus, Eurydiceen vxorem ex Orco reducturus, propter effeminatam mollemque agendi rationem 14. consilium non assecutus, neque a diis ornatus 15., Achilles contra, necem Patrocli amatoris vltus, sua ipsius vita neglecta, propter animi magnitudinem ac fortitudinem ab iisdem diis egregie ornatus dicitur. 16. Achilles igitur non propterea, quod amasius amatorem amauit, sed quod animi magnitudinem et fortitudinem declarauit, atque adeo his virtutibus Orpheum longe superauit, tanto honore est ornatus. Accedit, quod, si Bastii sententia sequenda esset, vltima §. iv. verba haud dubie ita posita essent, ut subiectum verbi ἐποίητο, Achilles, participio ἐργάζεσθαι h. e. ἄτε ἐργάζεσθαι, definiretur, atque adeo verba ita legerentur: „ἄτε (ἐργάζεσθαι) τοι
ἴγεται γέτω περὶ πολλὰς ἐποίητο“ Iam quum consilium in §. iv. non ex Bastii, sed ex mea cogitatur sententia, non erat caussa, cur Phaedrus Aeschyli sententiam de Achille amatore, et Patroclo amasio impugnaret, atque adeo paragraphus v. tum non apte, cohaeret cum §. iv. Quum porro sub finem paragraphi v. verba „νεύτερος πολὺ, ὡς φησιν Οὐρανός“ ponantur, Achilles autem in nullo Homeri loco πολὺ νεύτερος πατρόκλος nominetur 17., etiam hanc ob caussam omnis §. v. suspectia videtur. Iam vt dicta Bastii argumenta non sufficient ad defendendam §. quintam, ita etiam ceterae rationes, quibus suam sententiam tueri studet, grauitate atque.

14. Cap. vii, 3. de Orpheo dicitur: μαλακίζεσθαι εἶδοκει, ἄτε ὡς κινητός.

15. Fabulam de Orpheo et Eurydice enarrat Ill. comes Stolberg. in Uebersetzung d. Sympos. not. 24. p. 292.

16. Vid. Wolf. ad c. vii, 4.

17. Vid. Wolf. ad c. vii., 5.

atque vi necessaria carent. Nimirum Bastius censet, paragrap-
phum v. etiam ideo non delendam esse, quod Phaedrus per
omnem orationem poëtarum lectione imbutus, atque disputa-
tionis de mythis studiosus a Platone exhibeat 18. Luben-
tissime quidem concedo, hoc a philosopho factum esse, sed
contendo tamen etiam, hoc non impedire, quo minus locus
ille grammatico tribuatur. Primum enim, si quis v. c. quin-
quies aut sexies ad poëtas et mythos respexit, exinde non colli-
gi potest, eum etiam septimo loco idem fecisse. Deinde, quod
quidem grauius est, in omnibus locis, vbi Phaedrus poëtas
laudauit et mythos commemorauit, necessarium erat, vt sen-
tentiam, de Amore propositam, mythis et poëtarum locis par-
tim confirmaret, partim declararet. V. c. quum ab initio c. vi.
ostendere vellet, Amorem inter antiquissimos deos referendum
esse, opus videri poterat, vt sententiam Hesiodi et Parmeni-
dis firmaret effatis. Quum deinde docere vellet, Amorem ma-
ximorum bonorum esse auctorem, atque ad *μεγάλα καὶ κακὰ ἔργα*
excitare, exempla Alcestidis 19., et Achillis petiit ex mytholo-
gia, atque Orpheum simul commemorauit et cum Achille com-
parauit, vt ostenderet, verum tantummodo et sincerum amorem
ad

18. Verba eius hic pertinentia (in krit. Versuch. p. 20.) haec sunt: „Dich-
terlektüre und Räsonnement über Mythen zeigt der Redner übrigens in
seinem ganzen Vortrage (abermals ein Grund zur Vertheidigung jener
Worte,) und dieser Umstand, verbunden mit einer Aeusserung desselben
in dem Dialoge seines Namens macht die Vermuthung nicht unwahr-
scheinlich, daß Phaedrus an dem Gebrauche, welchen die Sophisten sei-
ner Zeit von der Mythologie machten, Vergnügen gefunden, und dieje-
nige Gattung von Aufsätzen geliebt habe, deren Inhalt eine Erklärung
und gleichsam pragmatische Auseinandersetzung alter Mythen war.“

19. Fabulam de Alcestide, mortem pro Admeto, marito, subeunte praeter
multos alios narrauerunt Stolberg. Uebersetz. d. Plat. T. I. p. 291. et ami-
cissimus Gottlob Wagner de Alcestide Euripidea p. 10. s.

ad virtutem diis hominibusque probatam impellere. Phaedrus igitur a Platone non ita sistitur, ut poëtarum et mythorum amori temere et sine caussa indulgeat, sed semper occasione oblata. Eiusmodi autem occasio non suppeditata est in loco, de quo quaerimus, et quiuis interpres a cupiditate et partium studio alienus, ponderatis iis, quae supra de consilio Phaedri in §. iv. dixi, concedere debet, mentionem sententiae Aeschyli nullo modo §. iv. praeparari. Quum satis nunc videamus docuisse, paragraphum v. cap. vii. partim argumentis Bastii non defendi posse, partim, quia non satis cohaeret cum antecedentibus, grammatico cuidam tribuendam atque ex ordine eiiciendam esse: accedamus nunc ad §. sextam 20., quae quidem nemini adhuc suspecta visa est, sed haud dubie eidem illi grammatico adscribi debet.

Prima caussa, cur Platonis hunc locum non tribuerim, est haec: *quod nonnulla iam a Phaedro non modo quoad sensum, sed etiam quoad verba in superioribus dicta sunt, et quod in aliis satis inepte ad Phaedri quaedam verba, antea usurpata, alluditur.* Hoc statim de primis huius §. verbis: ἀλλὰ γὰς — ἔχωτα“ valet, quae e verbis §. ii. vltimis: „θεοὶ τὴν περὶ τὸν ἔχωτα σπεδόν τε καὶ ἀγετή πάλισα τιμῶσι“ conflata sunt. Proxima verba: μᾶλλον — τὰ παιδικά“, de quibus infra commodius dici poterit, nunc praetermittam, et statim de verbis: „θεῖστερον γὰς — εἰς“ agam. Haec, ut firmissime mihi persuasum est, haud dubie a grammatico propria inserta sunt, quia Phaedrus antea 21. respectu amatoris dixerat: „ἡδεῖς γέτω κακός, ὅτινα δὲ αὐτὸς οὐ Εἶπες εἴδεον ποιήσεις προς ἀρετήν.“

* *

Si

20. Hanc paragraphum supra not. 8, apposui.

21. Vid. c. vi, 9.

Si quis hoc sumere noluerit, non appareat, quomodo ignoto
huius loci auctori in mentem venire potuerit, illa verba inse-
rere. Non enim ita sunt comparata, ut simplex eorum et
antecedentium sit nexus. Nimirum auctor his verbis docere
vult, cur amasius, amore in amatorem declarans, diis ma-
gis probetur, quam amator, amasium amore complectens.
Hoc negotio ita perfungitur, ut dicat: *amator enim ingenio est
magis diuino, quam amasius; inspiratus enim est.* Primo obtu-
tu ne caussa quidem praecedentium inesse videtur, et tantum
longis interpretationis ambagibus intelligitur, verba laudata
cum praegressis ita mente esse copulanda: amasius, amatoris
amans, propterea diis magis probatur, quam amator similiter
agens, quia hic, ut inspiratus et propter ingenium magis di-
vinum, facile et sine labore magna et honesta facinora perpe-
trare potest, atque adeo minorem gloriam, minora praemia
meretur, quam amasius non inspiratus, cuius labor in facino-
ribus similibus patrandis multo maior est. At quis tandem,
seriem enunciationum simplicem et bene cohaerentem sequutus,
mentem ita expresserit? Num eiusmodi locus Platone
dignus haberi potest? Nonne nasutuli grammatici redolet in-
genium, qui propterea verba Phaedri saepius sectaretur, quo
magis lectores falleret? — Verba, quae sequuntur: „διὰ ταῦτα
αὐτὸν Ἀχιλλία τὸν τῆς Θερίδος 22. μᾶλλον — ἀποτίμηστος“ efficta sunt e
prioribus §. IV. verbis; ἐξ αὐτούς Ἀχιλλία τὸν τῆς Θερίδος γένεται εἰρηνός, καὶ
αἱ μυκήτες τῶν τοιωτῶν αὐτούς τιμήσεισθαν.“ Quum igitur haec sententia paulo ante
prae-

22. Sic pro τῆς Ἀλκέστιδος reposui, quia grammaticus, qui haec e paragrapho
quarta hauriret, haud dubie ita scripsit. Nam Genituum τῆς Ἀλκέστι-
δος a librario negligente viciose positum esse, inde patet, quod Alcestis
etiam οὐκείην erat, atque ideo Achilli, et ipsi οὐκείην, non opponi poterat;
deinde

praecesserit, quisque ingrata hac vnius eiusdemque sententiae repetitione offendatur necesse est, praesertim quum Plato sententias per se claras non saepius recoquere soleat. Huc accedit, quod auctor huius loci ne perite quidem paragraphum iv. imitari potuit, quum μᾶλλον ἵπποντα dixerit. Auctor, qui ad comparationem inter Achillem et Orpheum institutam respiceret, haud dubie locum ita suppleri volebat, vt τῇ οὐρανῷ mente adderetur, praesertim quum hic citharoedus, vt amator, aptissime legi posset ad praegressa verba illustranda. At quam male versatus est hac in re, quum Orpheus non minus quam Achilles, sed plane non, a diis ornatus sit, atque adeo propter mollietatem poenas dederit 23. Quum igitur nihil noui paragrapho

** 2

sexta

deinde quod in omni praecedente loco non inter Alcestin et Achillem comparatio instituitur, sed potius utriusque aequi insignis deorum favor contingisse dicitur. Vitium huius loci, quod iam Wolf. (v. not. ad hl.) sensit, Cel. Niethammer, in vers. Symp., quae legitur in: neue Thalia, Jahrgang 1792. Heft v. et vi.; et Schütz. Lectt. Plat. tollere studuerunt. Niethammer, qui pro Gen. τῆς Ἀλκέστιδος nomen ponendum censeret, quod a Comparat. μᾶλλον penderet, vertendo expressit Gen. τῇ οὐρανῷ: „deswegen haben die Götter den Achill ganz anders belohnt, als den Orpheus. Ego quidem cum hoc viro docto locum ita mente supplendum, non autem Genitium τῇ οὐρανῷ in ordinem recipiendum ob §. iv. censeo. cf. quae paulo inferius in disputatione ipsa dixi. Schützius, auctore Morgensternio über Stolbergs Uebersetz. p. 26., duplicum emendationem in Lectt. Platt. proposuit, mihi autem Lectiones illas non possidenti, vna tantum τῆς Θύριδος“ nota est, quam Bast. lib. I. p. 109. refert. Quae quidem emendatio, modo τῷ, τῆς Θύριδος, vt ego e §. iv. prescribendum censeo, ponatur, sine dubio vnicce vera est. Sic quidem non habemus nomen, quod a Comparatiuo μᾶλλον pendeat, sed grammaticus, qui, ad comparationem inter Orpheum et Achillem respiciens, ipse sentiret, τῇ οὐρανῷ proprio quidem addendum esse, sed non recte cum μᾶλλον ἵπποντα, quia Orpheus plane non ornatus, sed potius §. iii. punitus esse dicitur, coniungi posse, de industria hoc nomen proprium omisisse, et lectori mente adiungendum reliquise videtur.

²³ Vid. Sympos. vii, 3. ext. cf. etiam Virg. Georg. iv, 520. s^f, vbi mulieres

sexta accedat, quum potius alia non sine offensione repellantur, alia autem satis incommodè hoc tantummodo consilio inserantur, ut ad aliquam Phaedri sententiam alludatur: equidem arbitror, non Platonem, sed grammaticum quandam paragraphum vi. cum v. consuisse.

Altera caussa, cur paragraphum sextam Platonis ingenio indignam censuerim, est haec: *quod verba ibi adhibentur et coniunguntur, quae vix a Platone ipso sic usurpata et copulata sint.* Hoc valet, puto, de verbis: *μᾶλλον μέντοι θαυμάζεται καὶ ἀγαπᾷ τὸ πτυῖσθαι, ὅταν — ἀγαπᾷ κ. τ. λ.* In hoc loco verba *θαυμάζειν* et *ἀγαπᾷν* coniunguntur, quod a Platone in superioribus haud dubie eo consilio nusquam factum est, ut ne pleonasmus ingratu oriretur. Nam quanquam verba illa, auctoribus grammaticis veteribus, ita differunt, ut *ἀγαπᾷν* *vehementem admirationem*, et *θαυμάζειν* omnino admirationem indicet 24.: tamen, vel hoc discrimine, quod non semper observatur 25., sumto, pleonas mus inest, quum formula *ἀγαπᾷν τινα, vehementer admirari aliquid, cum admiratione delectari aliqua re* 26., iam vim verbi *θαυμάζειν* contineat. Iam vt eiusmodi vitiosum pleonasmum a Platone alienum putauerim, ita etiam verbum *τὸ πτυῖσθαι* male lectum neque diligentia Platonis dignum videtur. Quum enim in eo, quod dīi sincere amantibus praemii loco tribuere dicuntur, honoris magis, quam beneficii propriæ sic dicti insit notio, propterea

Plato

res Ciconum, neglectas se et spretas existimantes, Orpheum discerpsisse dicuntur. add. Ouid. Met. xi, ab init.

24. Timaeus Gloss. Plat.: *Ἀγαπᾷς ἀπόδιχους, θαυμάζω ἀγαπᾷς.*

25. Hinc Hesych.: *Ἀγάπεσσοι · θαυμάσαντες.* Suidas: *Ἀγάπετος · θαυμάζειν.* vid. b. Fischer. ad Plat. Phaedon. 38, not. 17.

26. Conf. Fischer. index Aeschin. in *Ἀγαπᾷς.*

Plato Phaedrum in antecedentibus semper verbo *τιμᾶς* 27. ea de re vti iussit. Nemo obiiciet, Platonem fortasse de industria *τῆς πολεῖτης*, sensu verbi *τιμᾶς*, posuisse, ne semper uno eodemque verbo vteretur. At si Plato varietatem verborum hacin re curasset, non dubium est, quin iam §. quarta, vbi hoc verbum bis inuenitur, varietatis caussa sub finem paragraphi aliud lectum esset. — Denique in hoc loco verbum *ἀγαπᾶς*, de amore amatoris et amasii usurpatum est, quod vehementer dubito, an vnquam a Platone de tali amore adhibitum sit 28. Ut enim Plato amasium siue *τὸν ἐρασμόν*, siue *τὸν παιδίαν* 29., non autem *τὸν ἀγαπητὸν* appellat, ita etiam de amore amatoris et amasii semper vtitur verbo *ἔρας* 30., non autem *ἀγαπᾶς*. Sic igitur etiam hic locus imperiti negligenter grammatici redolet ingenium, ita vt ne vna quidem paragraphi sextae particula Platoni recte tribui possit.

Tertia caussa, cur et quintam et sextam paragraphum Platone indignam duxerim, est haec: *quod singula membra non apte nexa sunt, omnisque locus consilium Phaedri primarium occultat*. Iam supra 31. dictum est, paragraphum quintam ad ea, quae Phaedrus antea dixit, non quadrare. Idem valet de primis paragraphi vi. verbis, quae neque cum §. v., neque cum §. iv., neque cum sequentibus bene cohaerent, atque omnino huc non quadrant. Ipsum interpolatoris consilium, qui ostendere vellet,

27. Vid. Sympos. vii, 3. ext., 4. ab init. et sub finem.

28. Non enim puto, quemquam oppositorum esse locum c. ix, §. 3. ext.; vbi *μάλλον ἀγαπᾶς*, praeferre, legitur. Hic enim locus diuersus esse videtur.

29. Ut Symp. vi, 4. 6. 7. etc.

30. Ut vi, 8. ab init. et vii, 1.

31. Vid. p. 6. s.

let, amasium de amatore bene meritum diis magis probari, quam amatorem, qui idem in amasium fecerit, non permittit, vt haec verba inserantur, quum sic ordo enunciationum non adiuvetur, sed potius perturbetur. — Deinde primarium Phaedri consilium illis duabus paragraphis tegitur et obscuratur, quod tamen, nisi singulares caussae adsint, 32. fieri non debet. Ni nrum Phaedrus, qui ab initio 33. docuit, Amorem in antiquissimis numerandum esse diis, in altera orationis parte 34., quae tantum ad nos nunc pertinet, eundem Amorem tanquam summum hominum euergetam ita potissimum celebrat, vt eum dicat homines excitare ad virtutem, quae diis hominibusque probetur atque ab iisdem ornetur. Primaria igitur sententia est haec: *Amor beneficiis homines afficit ita, vt eos ad virtutem ducat.* Virtutis autem descriptio haec, vt dicatur *talis*, quae diis probetur atque ab iis ornetur, nil nisi secundaria est sententia. Opus igitur erat, vt haec secundaria sententia obiter tantum et breuiter illustraretur, quod fit illis paragraphis non seruatis. Orationem autem Phaedri paragrapho iv. recte finiri, atque adeo nihil deesse, intelligitur partim ex iis, quae Phaedrus ab initio promisit 35., partim ex c. vii, 7., vbi argumentum totius orationis summatim repetitur. Apparet igitur, in paragraphis illis, quae mature iam in ordinem irrepserunt, quum in omnibus codicibus collatis insertae legantur, manum grammatici agnoscendam esse.

Reli-

32. Sic Plato ipse primarium consilium, quo Symposium composuerit, quibusdam caussis permotus texisse videtur. vid. quae ante hos tres annos in Prolus. de Proposito Symposium Platonis scripsi.

33. Cap. vi, 2. 3.

34. Inde a cap. vi, 4. vsque ad finem.

35. Cap. vi, 1. 2. et 3. ext.

Reliquum est, vt ad ea accedam, quae scribendi occasionem suppeditauerunt. Nimirum adest iam tempus, quo, quantum nos magistri profuerimus, nostrique discipuli profe-rint, publice ostendendum est. Vos igitur, Patroni Fautoresque pie colendi, obseruantissime rogo, velitis fauorem, quo scholam nostram huc vsque amplexi estis, rursus ita declarare, vt examini, quod propediem instituendum est, frequentes ad-sitis. Ut enim nos collegae quodus virtutis adminiculum, quodus incitamentum, disciplinae nostrae alumnis ex animo opta-mus, ita quoque etiam atque etiam rogamus, vt Vobis placeat, **Vestra praesentia studium nostrorum discipulorum vel excitare, vel magis magisque incitare.** Quod si lubentes feceritis, gratissimum erit, nosque Vestram benevolentiam grata semper te-nebimus memoria. Sic valete, nosque omnes Vestro animo commendatissimos habete.

Scripsi Gubenaे mense Octobri CICIOCCC.

